

IUSTI LIPSI
DE
AMPHITHEATRO
LIBER.

*In quo forma ipsa Loci expressa,
& ratio spectandi.*

Cum æneis figuris.

OMNIA AVCTIORA VEL MELIORA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCVIII.

Cum Privilegiis Casaræo & Regio.



V M. uniuersam rem Spectaculo-
 rum veterum illustrare statuissem,
 Muneris inquam utriusque, tum
 Cixci, & Scaniae atque ad eam cogi-
 tationem parata mihi iam materia
 omnis & seges esset: valde pro bono
 mihi visum, imò necessario, de Locis ipsis eorumq; for-
 ma quadam praedici. Nam cum ratio tota ludorum in-
 nexa iis & apta sit: fit omnino, ut qui illa non capiat,
 istos parum firmiter teneat, & caligans hesitansque ne-
 sciat, etiam quae scire se arbitratur. Itaque cum libros
 meos De Gladiatoribus iam emissem, non sine caeca
 Senatoria & Equestris aliquo plausu; illos De Venatione
 in manibus haberem & perpolirem: hoc quod vi-
 des, De Amphiteatro, prius contexui: in quo imago, fa-
 cies, habitus omnis Arena expressus, quae stilo meo, quae
 penicillo. Nam nec formas & imagines operum negle-
 xi. et si fateor, maiorem me rationem rituum duxisse,
 quam Architecturae. Illis enim haec nostra seruiunt &
 praevalent, ut illos censem scriptoribus priscis. Tamen
 nec Architectura spreta à me prorsus, quatenus ea qui-
 dem ad voluptatem aliquid conferre videretur, siue
 admirationem. Sed quidquid hoc est opera, feriatum id
 mihi & verè ludicrum fuisse, non nego. Vix enim duo-
 decim dierum tota ista scriptio & meditatio est: quos le-
 ge ac more sepositos à seriis publicisq; Lectionibus, trans-
 ferre mihi visum ad hanc curam. Nec adfirmatione

5

I. L I P S I
DE AMPHITHEATRO
L I B R I


CAPVT PRIMVM.

*Dialogi occasio. Florentij laus. Vrbs diruta, non diruta:
& splendida eius ruina.*



VM Romæ adolescens admodum agerem, lustrandæ & noscendæ imprimis antiquitatis: familiaritas mihi fuit sanè utilis cum Nic-
lao Florentio, populari nostro: viro, à quo Nic. Florentij laus. elogium hoc Veritas numquam spernet, veræ modestiæ & doctrinæ. Sed illa, in eo statim & ad spectu ipso elucebat, hæc, secreta magis & recondita, nec eruenda nisi in consuetudine aliquâ & vsu. Vt gemmarum lapidumque arcanæ vires, non nisi attritu & experiendo appa-
rent: sic in plerisque vera eruditio, quæ interiori animo insita, Doctrina vera, non iactabunda. foras non spectat aut pender. Alienus enim uerò hic noster ab omni ambitione siue typho, Batauâ quadam simplicitate agebat: quique scire ipse, quàm sciri, nosse multa, quàm à multis nosci præoptabat. Sed cum primis illi studium & scientia locorum, monumentorumque veterum: quæ curiosè iam aliquot annos lustrabat, indagabat: acri quodam & directo iudicio, noua cum priscis, prisca cum illis componens. Haud temerè illum fugiebat, quid, non dicam in quaque parte Vrbs, sed Italiæ, eximium fuisset: & ex leuibus quibusdam errantibusque vestigiis, mirum quàm sagaciter perueniebat ad cubilia ipsa rerum. Cum hoc igitur viro & sermo mihi tunc creber, nec infrequens ambulatio fuit: cum studio quodam Antiquitatis incensus (cuius amor, vt, cum Pindaro dicam, pupugerat mihi mentem) sæpe & peterem, & promerem aliquid, ex hoc thesauro. Quod ipsum accidit die quodam æstiuo pomeridiano, cum ego cum statim à prandio (vnà enim fuera-

AMPHITHEATRUM TITII



IUSTI LIPSI
DE
AMPHITHEATRIS

QVÆ
EXTRA ROMAM
LIBELLVS.

In quo Forma eorum aliquot & typi.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. D. XCVIII.

Cum Privilegiis Casareo & Regio.

ABRAHAMO

ORTELIO

SVO S. D.

NÆ tu beneficâ quâdam naturâ es, mi Or-
 teli: qui rem omnem tuam librariam, tam
 promptè non offers mihi solum, sed ultrò
 adfers. Vix inieceram de libellis aliquot:
 tu mihi promis largiter ex ubere tuâ penu,
 & ambabus, quod Graci dicunt, manibus donas. Amo iu-
 re, ut antea virtutem modeſtiâmq; tuam, sic prolixum
 hunc amorem. nec diffiteor vsui mihi apparatus istum
 fuisse, ad meam hanc Arenam. Illa præsertim Serlij. qua
 et si ad Architecturam externam in primis spectât (quam
 anxie hic non quesui:) tamen infuere iis, quæ in formâ
 facièque ipsâ loci, gressus meos vacillantes direxerint, aut
 firmarint. Imagines enim aliquot talium monumeto-
 rum cum iudicio & fide representat: quorum ad spectus
 viam nobis in parte sternit, ad intellectum veterum mo-
 rum. Et quamquam ipsi coràm ea olim vidimus, & per
 biennium ferè solum præsimus Dominæ urbis: tamen, ut
 adolescentia nostra tunc fuit, nec abdita illa & à fronte re-
 mota rerum penetrauimus; nec cum accuratatione satis ex-
 cerpsimus, quidquid ad meliorem vsum. Scilicet erravi
 eundem errorem, quem plerique hodie mihi compares: &
 pueritiam adolescentiamq; peregrinationibus dedi quæ iu-
 dicium & dilectum profectò quaerunt. id est, virum. Quot
 mihi in animo & oculis ex istis, qui varias terras & ma-
 ria circumlati sunt? adeò cum nullo suo fructu, ut plerique

I. L I P S I
 DE AMPHITHEATRIS
 QUÆ EXTRA ROMAM
 LIBELLI,

CAPVT PRIMVM.

Amphitheatra crebra admodum in prouinciis fuisse: eorumque aliquot recensio.



In ædificij aut publici operis vllum genus crebrum in Italiâ & prouinciis fuit: reperies hoc fuisse, quod ad ludos spectat. Vt enim Romani victis gentibus linguam & mores intulère: sic vitia. hæc præsertim, quæ blandiebantur, & admissionem sibi postulabant specie quadam amænæ voluptatis. Itaque Theatra, Circi, Stadia exstructa passim: sed inprimis Amphitheatra, quia omnis plebs dedita maximè in spectaculis illis crudis & cruentis erat. Historiæ passim docent, & Christiana item Martyrologia; in quibus toties mentio puri illius sacrique sanguinis, in ferinâ hac sede effusi. Quod si tamen nõ ingerant libri: certè oculi. cum etiam nunc ruinæ & reliquiæ vbique occurrant in signum locorum. Et de aliis prouinciis dubitemus? Ecce Iudæa illa ipsa conscia dei veri, dei magni, in hanc culpam venisse reperietur: quamquam sine suâ pænè culpâ. Herodes enim, magnificus sanè & cetera illustris rex, non vno loco Iudææ Amphitheatra inædificauit: siue ipse pronus in eos ludos, siue studio quodam hac quoque parte placendi Romanis. Exstruxit in ipsâ vrbe sacrâ, ἐν τοῖς πεδίοις, vt Iosephus ait, Ἀμφιθέατρον μέγιστον: *in Campo, maximum Amphitheatrum.* Item Cæsareæ, ait idem scriptor, ἀμφιθέατρον κατασκευάσας πολλὴν ὄχλον ἀνθρώπων δεχόμενον: *Amphitheatrum construxit quod multam hominum turbam caperet.* Nec de Græciâ mihi aliquis dubitet, Africâ, Asiâ, Hispaniâ, Galliâ; non certè is, qui res & mores in parte norit sæculi vetusti. Audeo adfirmare, raram aliquam siue coloniam siue municipium fuisse, in


Amphitheatra passim in prouinciis.

Plebs addita sacris ludis pleurumque. Martyres obiecti bestiis.

In ipsâ Iudæâ, Amphitheatra.


Herode stitente.

In orbe itè toto Romano.




AMPH. POLAN.





AMPH. NEMAUS.

CAPUT



LES ARENES. A. DOVE. EN. POICTOU.
 L'EVINVS. F. AN. 1584.

SEPTENTRIO.

ORIENS.

OCCIDENTS.

MEDIUS.

SVMMI PAVLI... DE...

PHILIPPO...
Catholicae...
Ipsi...
Pro...
que...
habet...
sua...

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD IOANNEM MORETVM.
M. D. XCVIII.

THE...
...
...
...
...
...
...

...
...

